

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Programma Quo Decanus Facultatis Philosophicae In Alma Ad Varnum  
Bernhardus Taddelius, M. Gr. Lit. Prof. P. Candidatos bonarum Artium ad  
ambiendum & capescendum supremum Philosophicae dignitatis gradum.  
Solemniter Invitat**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730149269>

Druck    Freier  Zugang

Ru phie 1652  
Bernhard Taddel



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730149269/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730149269/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA  
QVO  
**DECANUS**  
FACULTATIS PHI-  
LOSOPHICÆ IN AL-  
MA AD VARNUM  
**BERNHARDUS**  
**TADDELIVS,**  
M. Gr. Lit. Prof. P.

Candidatos bonarum Artium  
ad ambiendum & capescendum  
supremum Philosophicæ dignitatis  
gradum.  
**SOLEMNITER INVITAT.**

1659

**ROSTOCHII,**  
Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typogr.  
**ANNO M. DC. LII.**

1659



A est naturæ nostræ præ-  
vitas atq; miseria , ut quò res  
quæq; meliores & naturà suà  
utiliores deprehenduntur, hòc  
magis ab hominibus vel negli-  
gantur, vel etiam in contemptū  
prorsus, atq; odium rapiantur. Ac, tametsi hoc  
nobis de nobismet ipsis tateri, ut grave & mole-  
stum: ita non minus turpe sit atq; probrosum:  
tamen vici propriæ fragilitatis conscientiâ,  
nullo id modo inficias ire possumus. PHILO-  
SOPHIA, quid quæso, melius, jucundius, ama-  
bilis, atq; in vita homini conducibilis? NIL.  
Sed tamē quo tusquisq; reperitur, qui hanc ipsam  
omnium virtutum indagatricem, vitiorum ex-  
pultricem, atq; adeò totius vitæ nostræ ducem  
atq; parentem, seriò colat, veneretur, ac prout  
illa de vitâ humanâ meretur, amet atq; defendat?  
An non hæc cum suis sæpe asseclis à multis spreta  
contemptaq; vituperatur? à nonnullis velut ho-  
minum societate indigna ejicitur atq; profliga-  
tur? Sapientissimus Eloquentia Parens in Proæ-  
mio

mio Tusculanæ quintæ conqueritur, quosdam  
parricidium committere, atq; impiè in PHI-  
LOSOPHIAM ingratos existere, dum hanc  
beneficentissimam totius vitæ nostræ matrem,  
morum atq; disciplinæ Magistram, & improbè  
accusare, & quam vereri debebant, horribili  
contumeliâ afficere audent. Sane & nostro hoc  
seculo non pauci semet produnt male sani ejus-  
modi homines, qui exemplo detestando Nero-  
nis, Domitianii, Caracallæ & Licensij, si possent,  
PHILOSOPHIAM cum suis Cultoribus urbe  
& orbe submoverent; ejusq; monumenta aquæ  
& igni adjudicarent. Produnt se quoq;, qui  
omne studium quod PHILOSOPHIÆ im-  
penditur, atq; adeò totum illud PHILOSO-  
PHARI tantopere adsperrnantur, ut penè in-  
dignum judicent, quod locum in Academiis  
teneat, nedum ut ejusdem sectatoribus indecessis  
convenientes honores tribuantur: imo adeò  
vile atq; contemptibile illud traducunt, ut, ho-  
minem ineptum indigitare cum volunt, vel sim-  
plicem, quin & ridiculum, eum Philosophum  
vocent. Verum hi, quod bona illorum pace hic  
à me dictum sit, benignissimam hanc matrem  
parū novisse videntur; idq; multis, nec malis alio  
quin contingere potest, soletq;: quippe cum  
Philosophiæ occurrant quam plurimæ species,

A 2

ita.

ita ornatæ, cultæ atq; in terpolaræ, ut adspiciennes, primâ statim *Parva* fallant. Quæ si tamen à cautis accuratius considerentur, meritoriae, pro matronâ deprehenduntur.

Atq; hæ ipsæ, prostibula quamvis & propudia fætidissima ut sint, ita & publicè audiant, vivisq; coloribus Juventuti à doctis & cordatis depingantur; nihilominus, à benè multis, longo satis tempore, quod dolendū, tamdiu pertractantur, donec tandem illud improvidorum Symbolum, **NON PUTAR AMUS**, ingeminandū illis sit. Neq; eam fraudem in Solâ Philosophiâ fieri videmus, cum illas Magnificentiores Disciplinas, non rarò ita circumveniri, nec insolens sit vulgo, nec obscurum observanti. Sed, ut cæteris relictis, nostra ipsorum vineta cædamus, vera Philosophia, antiqua illa, non recens, in quorum nescio, cerebris, nata, nihil prius potius ve curat & agit, quam ut ignorantiam ex animo deleat, omnem improbitatem eximat, cognitionem rerum scitu dignarum proponat, & probitatem virtutemq; conciliet. Brevius atq; nervosius proponam, ex Seneca Sentiosissimo scriptore, qui si Philosophi titulo cum bono Socrate, Zenone, Epictesto, & aliis, indignus habetur, mihi quidem Philosophari & nugari, perinde erit. Sunt autem hæc. Antiqua Philosophia nihil aliud,

nisi

nisi facienda & fugienda præcepit. Et tunc longè  
meliores erant viri. Postquam docti prodierunt,  
boni desunt. Simplex enim illa & aperta virtus  
in obscuram & solerterem versa est scientiam. DO-  
CEMUR DISPUTARE, NON, VIVERE. Et,  
si huic non credimus, audiatur *Aυτὸς*, qui inter alia  
Salutaria, & hoc ἐφα. ὥσπερ οἰαρεῖνς σὸν ἄφολόντι, μὴ τὰς  
νόσους εἰνβαλλάσσοντας, διπλῶν σωμάτων, θτως ὅδε Φιλοσοφίας, εἰ μὴ  
τὰς ψύχην παντὸν εἰνβάλλῃ. Sicut Medicinæ nullus usus  
fructusq; est, morbos à corporibus non depel-  
lentis, sic nec Philosophiæ, nisi vitium ab animo.  
His merito gravissimi Philosophi effatum ex-  
plicatius latinè versum, subnectimus. Animi æ-  
gritudinibus & motibus medetur sola Philoso-  
phia. Hujus enim operà ductuq; datur cogno-  
scere, quid honestum, quid turpe, quid justum,  
quid injustum, quid expertendum, quid fugien-  
dum; quomodo nos erga Deos, erga parentes,  
Seniores, leges, alienos, Magistratus, amicos, u-  
xores, liberos, servos gerere debeamus. Scilicet  
ut Deos veneremur, parentes honore afficiamus,  
Seniores revereamur, legibus obtemperemus,  
amicos diligamus, uxores castè amemus, liberos  
animi interno quodam affectu complectamur,  
servos injuriosè non tractemus, & quod sum-  
mum est, neq; rebus secundis efferamur gaudio,  
neq; adversis nimio luctu dejiciamur; ac neq;

voluptatibus disfluamus, neq; irà ad sævitiam  
nos abripi sinamus. Quæ ego omnium nobis à  
Philosoph. obtingentium bonorum antiquissi-  
ma judico, &c. Hañc Philosophiam nemo, nisi  
~~κατ' εξοχὴν~~ malus, facile contemnet, neq; ejusdem  
cultoribus honorem debitum, invidet, quin-  
potius eandem sectabitur, usq; dū post indefessa  
studia, & exantlatos in Castris Musarum labores

*Immarcessibili Lauri de fronde corollam*

capiat, atq; illâ tanquā incentivo ad quævis pulchra &  
honesta extimuletur. Quæ autem Philosophia hæc & his  
similia, non proponit, sed relictis rebus, nomina secta-  
tur & verba, cavillis inaniisq; plena, quæ relicto nu-  
cleo circa putamina occupatur, quæ instar luscivientis  
catuli in raptandis, carpendis, vellicandis quisquiliis  
versatur, ganniens interim & latrans, præsertim si alius,  
idem quoq; lasciviendi studium amare atq; tractare oc-  
cipiat:) cui se emancipasse videntur, qui juventutem de  
rebus, neq; ad mentis cultum, neq; ad Ecclesiæ seu Rei-  
publicæ usum pertinentibus magno conatu, itidem ut  
precio, sic in stituunt, ut ex umbra in solem delati, & se  
& alios eversum perditumq; eant, & inter eundum ta-  
men, caput instar famæ Poëticæ, condunt inter nubila,  
aut saltem condere sibi videntur, alios tanquam humi  
repentes, alto supercilio è sublimi despicientes, & quasi  
Gigantes cothurnati inter Pygmæos ambulare se fo-  
miant.) Illa, ut cum suis antistibus valere, remq; sibi  
suam habere, imo è cœtu verè Philosophantium exesse,  
& ad hostes honestatis ac virtutis abire jubeatur,  
haud difficulter concedimus. Hercules quidam ~~ἀλεξιγ-~~

*πο,*

ꝝ, monstrorum domitor, eos rejiciat, refutet, atq; ut  
Philosophiae proditores , & juventutis pestes , exte-  
minet! Vos autem *Philosophia* haud quam fucatæ

Viri ac Juvenes omnium ordinum Studiosi Nobis-  
lissimi — quos aequum amavit

*Jupiter, atq; ardens jam cogit ad aethera virtus*

Vos, quotquot Eruditionis probatæ estis vobis concii, qui præcipias vestras operas ad animi cultum transtu-  
listis, easq; vobis conciliaстis artes, quæ vos iterum de-  
core & honore mactare queunt. Vos vestra freti morum  
probitate, atq; eruditionis laudabilis possessione, scitis,  
palmam in medio esse positam, quale præmium indu-  
stræ vestræ paratum atq; destinatum sit, novistis.

Virtutis fano probe à Vobis perlustrato, ad Honoris  
ædem, quin contendatis, prorsus persuadeor. Faventes,  
credite, habetis atq; habebitis tūm Musas cum Apolline,  
tūm inclutum Facultatis nostræ Collegium. Agite itaq;  
adeste ex omni Studiosorum cætu, & Vos, qui iis rebus,  
quas honestum ac liberale ingenium scire æquum est,  
vel mediocriter instructi estis atq; propterea timidiores,  
quam adderetur, videmini, quales in hujus almæ matris  
Academicæ gremio, non paucos esse speramus, adeste  
& honores vobis non denegandos admittite. Vos, qui  
vobis met parum tribuitis, Vos ad hanc Laurum-  
petendam ultrò accersimus atq; *ægrius*, invitamus.  
Vestra Vosmet commendat quam maximè modestia,  
atq; de præstantio, diffidentia. Contemtores nostri stu-  
dii, & sinistros judices, vel affectu quodam præpeditos,  
vel opinione pravâ corruptos, facile suo ingenio &  
loco relinquemus. Scite præterea, quod nonnulli præ-  
stantissimi Viri ac Juvenes, si non sufficienti, tamen nu-  
mero non contempnendo, quibus idem ipse animus est

ascen-

ascendendi ad supremum Philosophicæ dignitatis gradum, partim ipsi nomina sua hoc nomine sint apud me professi, partim autem idipsum per Amicos suos curant. Volui igitur hoc ipsum toti discentium cætui honestissimo significare, ut, si, quod audio, plures sint, qui prioribus se cupiant adjungere. illi primo quoquo tempore de voluntate sua me certiorem faciant. Cupio enim, quod felix faustumq; fons veræ sapientiæ Dn. JESU S, velit esse vel proximè subsequentibus septimanis, priuatorum examinum facere initium. Policemur omnibus & singulis in receptione probandam benevolentiam, in explorandis profectibus summam humanitatem, in censendis ac judicandis candorem atq; æquanimitatem, in exigendis admittendisq; sumptibus moderationem æquissimam, novæq; constitutioni Reverendi nostri Concilii convenientem, in juvandis & promovendis Dn. Candidatorum commoddis promptitudinem, ac quæcunq; insuper ab amicis exspectari sperariq; officia possunt ac debent, illis omnibus & singulis, tam nostro, quam Excellentissimorum Dnn. Collegarum nomine, quam Studiosissimè deferimus.

P.P. Rostochii sub Sigillo Decanatus nostri, cuius  
ΔιοσΦεάγιομα est CHRISTUS τωνΦόρος  
Die καθαρισμή Virginis Deiparae  
ANNO CLX loc LII.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730149269/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730149269/phys_0011)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730149269/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730149269/phys_0012)

DFG

ꝝ, monstrorum domitor, eos rejic  
Philosophiæ proditores, & juventu  
minet! Vos autem *Philosophia* haudqu

Viri ac Juvenes omnium ordinu  
lissimi — quos aequum amavit

Jupiter, atq; ardens jam cogit ad eti  
Vos, quotquot Eruditionis probatae  
qui præcipuas vestras operas ad ani  
listis, easq; vobis conciliastris artes, q  
core & honore mactare queunt. Vos v  
probitate, atq; eruditionis laudabilis  
palmam in medio esse positam, qual  
stræ vestræ paratum atq; destinatum

Virtutis fano probe à Vobis perlung  
ædem, quin contendatis, prorsus per  
credite, habetis atq; habebitis tūm Mu  
tūm inclutum Facultatis nostræ Colle  
adeste ex omni Studiosorum cætu, & V  
quas honestum ac liberale ingenium  
vel mediocriter instructi estis atq; prop  
quam adderetur, videmini, quales in h  
Academicæ gremio, non paucos esse  
& honores vobis non denegandos adm  
vobismet parum tribuitis, Vos ad  
petendam ultrò accersimus atq; æg<sup>9</sup>  
Vestra Vosmet commendat quam ma  
atq; de præstanto, diffidentia. Conten  
dii, & sinistros judices, vel affectu quo  
vel opinione pravâ corruptos, facile  
loco relinquemus. Scite præterea, que  
stantissimi Viri ac Juvenes, si non suffici  
mero non contempnendo, quibus iden

atq; ut  
exter  
æ  
Nobi

onscii,  
anstu  
m de  
iorum  
Scitis,  
indu  
noris  
entes,  
lline,  
itaq;  
ebus,  
n est,  
ores,  
atri  
deste  
s, qui  
rum  
imus.  
estia,  
istu  
itos,  
io &  
præ  
n nu  
is est  
cen

